FORMVLARIVM INSTRVMENTORVM, ET variorum Proceſſuum,

ALIISQ. COMPLVRIB. TRACTATIB. ET INSTRVMENTIS, CONTRACTIBVSQ. AC Teſtamentis, tam antiquorum Romanorum, quam hiſce temporib. editis, ac de nouo additis, necnon Facultatib. & Priuilegiis, atq; Taxis, rebuſq; aliis diuerſis nouiſsime illuſtratum, & ampliatum, ac ad vnguem caſtigatum.

OMNIBVSQVE ADVOCATIS, PROCVRATOribus, *& Notarijs, cauſas exercere, ac Inſtrumenta, & Proceſſus, aliaque tractare cupientibus, maxime profuturum, ac nuper, poſt omnes impreſſiones, vbique locorum hactenus excuſas, in lucem editum, & reformatum.*

Cum triginta alijs diuerſorum inſtrumentorum formulis nouiſsime additis.

M. D. LVIII.

Romæ apud Antonium Bladum, Impreſſorem Cameralem, Cum Priuilegio.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

AD REVEREN. IN CHRISTO PAtrem Dominum D. Franciſcum Bacodum Epiſcopum Gennen.

PAVLO IIII. PONT. MAX. A LIBELLIS.

Antonius Bladus, S. P. D.

Exiſtimaui, ampliſsimè pater, gratum admodum fore, tum ijs, qui cauſas agunt, tum ijs, qui teſtamentis, & rerum contractarum tabulis, ac litium actis conſcribendis adhiberi ſolent, quod hominum genus, pro negociorum, et cauſarum multitudine in hac vrbe frequens ſemper fuit, ſi harum rerum Formulæ quædam colligerentur, eæq; ſub uno aſpectu ponerentur. Itaq; earum rerũ Formulas quàm rectiſsimas, magno labore, diligentiáq; conquiſitas collegi, multáq; præterea addidi, quæ nec ad legendum iniucunda, & ad cognoſcendum utilia fore arbitratus ſum, opuſq; confeci uarium ſanè, & multiplex, atq; ut quàm emandatiſsimum exiret (quæ precipuè meæ partes ſunt) multum in eo corrigendo laboris operæq; conſumpſi. Quod opus, in tuo potiſsimum nomine, edendum putaui. Neque enim laborem hunc, atq; haſce uigilias, cuiquam mittere poteram; quem multis iuſtisq; de cauſis, maiore quàm te obſeruantia colerem; neq; cui res omnes, quæ hoc libro continentur, diuturno uſu, ac tractatione notiores eſſent. Ea præterea eſt apud Pontificem hunc Maximum gratia, ea omnes apud alios auctoritas tua, ut tuum illi nomen, magnam apud omnes commendationem allaturum eſſe uideatur. Ob has cauſas, hic tibi liber à me iure optimo miſſus eſt, quem, ut libenter, tanquam mei ſummi in te ſtudij & obſeruantiæ pignus atque indicium quoddam accipias, à te etiam, atq; etiam peto; quemadmodum te, pro tua humanitate, facturum eſſe confido. Vale.

ABSOLVTIO SIMPLICITER, VEL *ad cautelam, vigore Commiſſionis Apoſtolicæ ab Excõicatione lata, ob non ſolutionẽ pecuniarũ.*

FRANCISCVS Albericus de Rachaneto Prothonotarius Apoſtolicus. S. D. N. Papæ eiuſq; Camerarij: Necnon, Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, generalis Auditor: Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius, Sententiarumq; & Cenſurarum, in eadem Romañ. Curia latarũ, ac literarum Apoſtolicarũ, vniuerſalis executor, vnicus, ad infraſcripta, a S. D. N. Papa, ſpecialiter deputatus. VNIVERSIS & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam Cathedraliũ quã Collegiatarum Eccleſiarum, Canonicis, parochialiumq; Eccleſiarum Rectoribus ſeu Locateneñ. eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, curatis, & non curatis, Vicariis perpetuis, Altariſtis, cæteriſq; Præsbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuſcunq;, per almam Vrbem & eius diſtrictum, Romanamq; Curiam, ac alias, vbilibet, conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum: illiq; vel illis ad quem vel ad quos, præſentes noſtræ literæ, peruenerint: Salutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere noſtriſq; huiuſmodi, immo uerius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis ꝙ nuper Sanctiſſimus in Chriſto pater, & D. N. D. Paulus, diuina ꝓuidentia Papa. IIII. quãdã commiſſionis ſiue ſupplicationis papyri cedulam, nobis, per quendam ſuum Curſorem, præſentari fecit. Quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus, huiuſmodi ſub tenore. ℂ Dignetur Sanctitas veſtra. &c. In fine vero dictæ commiſſionis, ſiue ſupplicationis cedulæ, ſcripta erant de alterius manu litera ſuperiori, literæ ipſius cedulæ, penitus & omnino diſſimili, & diuerſa hæc verba, videlicet. ℂ De mandato. S. D. N. Papæ. &c. ℂ Poſt cuius quidem commiſſionis, ſeu ſupplicationis cedulæ, præſentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas: conſtitutus coram nobis venerabilis vir, Dñs Ioannes N. de. N. principalis, principaliter pro ſeipſo, citra tamen, quorũcunq; procuratorum ſuorum, per eum hactenus quomodolibet conſtitutorum, reuocationem: Et ſe a quibuſcunq; ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſticis, in eum, per Reuerendum patrem Dñm. N. Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopũ. N. Curiæq; cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditorem, ſiue ipſius Locumteneñ. Ad honorabilium virorum. N. de N. & Sociorum mercatorum Ro. Cu. ſequeñ. inſtañ. ob non ſolutionem certæ pecuniarum ſummæ, per ipſum Dñm Ioannem principalem, ſuo proprio nomine, debitæ, quomõlibet latis, & promulgatis, ſimpliciter, vel ad cautelã, iuxta & ſecundum, præinſertæ nobis factæ & præſentatæ cõmiſſionis vim, formam, & tenorẽ, abſolui: Seq; cõmunioni fideliũ, ac participationi Eccleſiaſticoꝝ ſacramẽtoꝝ & ſanctæ Matris Eccleſiæ vnitati & gremio reſtitui, ꝑ nos, debita cũ inſtañ. poſtulauit. Offerens nihilominus ſe paratum, de ſtando iuri, & ſanctæ Matris Eccleſiæ, noſtriſq; immo uerius apoſtolicis, parendo mandatis.

ℂ NOS tunc, Iudex & Commiſſarius præfatus attendeñ. poſtulationem huiuſmodi fore iuſtam & conſonam rationi, quod q; ſancta mater Eccleſia nemini claudit gremium ad eam recurrenti, & veniam poſtulanti: Prænominatum dominũ Ioannẽ principalem coram nobis, vt præmittitur, perſonaliter conſtitutũ, inſtantem, & flexis genibus humiliter petentem: Ab omnibus & ſingulis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſti

Iulium. II. Leonem X. Clem. VII. Paulum III. R. P. D. Auditori Cameræ conceſſarum. fol. 292
Decretum Camerale, ſiue conſtitutio antiqua, in fauorem Inquilinorum fact. cum confirmatione, ac atteſtatioñ. eiuſdem. fol. 293
¶ Statuta, ſiue conſtitutiones Notariorum Curiæ R. P. D. Auditoris Cameræ. fol. 295
☞ De officio Decani. eodem.
☞ De Menſario. eodem.
☞ De Subſtitutis. eodem.
☞ De Cauſis. eodem.
☞ De Differentijs, & controuerſijs circa cauſas. eodem.
☞ De Notarijs allegatis ſuſpectis. eodem.
☞ De diſtributionibus. eodem.
☞ De appellationibus. fol. 396
☞ De dependentijs. eodem.
¶ Taxæ regeſtrorum, & extractuum, ac aliarum expeditionum Curiæ R. P. D. Auditoris Cameræ, per Notarios dictæ curiæ obſeruañ. eodem.
De Regeſtris. eodem.
De præcio foliorum regeſtri. eodem.
De proceſſib. & copijs indicio℞. eodem.
De extractibus. eodem.
¶ Taxæ expeditionum ordinariorum ac ciuiliũ cu. R. P. D. Audit. Ca. fol. 297
¶ Taxæ excommunicationum, aggrauatoriarum, & cenſurarum. Quæ taxantur ad carlenos Cancellariæ. eodem.
¶ Taxæ de Mercedib. inſtrumentο℞ in Commiſſarijs, & ciuilibus &c. fol. 298
☞ Valor Carlenorum Cancellariæ apoſtolicæ, ad quos nunc taxantur expeditiones Cur. R. P. D. Audito. Cameræ. fol. 298
Feſta palatij apoſt. fol. 299
Feſta Capitolina. eodem.

Finis Indicis.

Explicit Tabula, ac Repertorium, & index huius libri.

Regiſtrum huius Operis.

❋ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR.

Omnes ſunt Quaterni, præter ❋ RR. qui ſunt Duerni.

IMPRESSVM ROMAE APVD ANTONIVM *Bladum, Impreſſorem Cameralem.*

Kal. Iunij. 1558.